



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

287. De agro figuli empto.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



eum, & tradiderunt Pontio Pilato præfidi.  
Matth. 27. v. 2. Erat autem manè : & ipsi  
non introierunt in prætorium, ut non con-  
taminarentur, sed ut manducarent Pascha.  
Joan. 18. v. 28.

XXV. MEDITATIO CCLXXXVI.

*De suspendio Iuda.*

**T**unc videns Iudas, qui eum tradidit,  
quòd damnatus esset; poenitentiam du-  
ctus, retulit triginta argenteos principibus  
sacerdotum, & senioribus, dicens: Peccavi,  
tradens sanguinem justum. Matth. 27. v.

II. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu vi-  
deris. Matth. 27. v. 4.

III. Et Iudas projectis argenteis in tem-  
plo, recessit: & abiens laqueo se suspendit.

Matth. 27. v. 5. Et suspensus crepuit me-  
tus: & diffusa sunt omnia viscera ejus. Act.  
1. v. 18.

MEDITATIO CCLXXXVII.

*De agro figuli empto.*

**P**rinces autem sacerdotum, acceptis  
argenteis, dixerunt: Non licet eos mit-



tere in carbonem, quia pretium sanguinis est. *Matth. 27. v. 6.*

II. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Hacedama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. *Matth. 27. v. 7. & 8.*

III. Tunc impletum est, quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appetiati, quem appetiaverunt à filiis Israel & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. *Matth. 27. v. 9. 10.*

## MEDITATIO CCLXXXVIII.

*Repetitio de Iuda, ex Actis Apostolorum.*

I. **I**N diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Iuda, qui fuit dicitur eorum, qui comprehenderunt IESUM: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij hujus. *S. Luc. Actor. c. 1. Vers. 16. 17.*

II. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medullis: & diffusa sunt omnia viscera ejus. Et

notum  
rusale  
eorum  
Vers. 1  
III.  
Fiat co  
qui in  
cipiat  
M E  
A  
I. A  
introi  
naren  
ergo l  
accusa  
hunc  
II.  
effec  
eum.  
vos,  
eum.  
licet  
impl  
Gen  
notum